mine intellectus spiritalis archanum. Nam sicut qui pecuniam soluunt de
bitum reddunt nec prius euacuatur fenoris nomen quam totius sortis ad num
mum usque quocumque solutionis genere quantitas uniuersa soluatur, sic con
pensatione caritatis actuumque reliquorum uel satisfactione quacumque
peccati pena dissoluitur. Non ociosum est quod non greca sicut alibi duo. Non
asse non denarium sed quadrantem hoc posuit loco. Quadrantaria enim per
mutatio quaedam uelut est conpensatio, cum aliud redditur et aliud signi
ficatur solutum. Ita et hic aut pretio caritatis redimitur iniuria, aut
iniurie estimatione pena laxatur. Quadrantem autem in balneis dare
solere reminiscimur, cuius oblatione illic unusquisque lauandi accipit fa
cultatem. Ita hic accipit eluendi, quia unusquisque peccati suscepte ge
nere conditionis eluitur, cum tamdiu exercetur noxius penis ut commissi
supplitia erroris expendat. De galileis autem illis quorum sanguinem
pilatus miscuit cum sacrificiis eorum figura quaedam uidetur eos tangens quod eo
affectu diabolico non pure offerunt sacrificium, quorum oratio in peccatum,
sicut de iuda scriptum est proditore qui proditione sanguinis
dominici sacrificia postea cogitabat.

De arbore fici. XL.

ARBOREM fici quidam habuit plan
tatam in uinea sua. Quod sibi uult quod in
euglio suo dominus fici parabola frequenter induxit. Habes enim alibi
quod iussu domini uiriditas omnis ligni huius frondentis aruerit. Unde
intellegimus omnium creatorem quod possit imperare naturis ut uel arescant
subito uel uirescant. Alibi ex teneritudine arboris huius et foliis con
memorat conici solere estatis aduentum, utroque significans et iuda
icae plebis inanem quam pretendebat gloriam uelut florem in aduentu domini
decidisse quia operibus infructuosa durabat, et in die iudicii uelut estatis
aduentum quo adulti fructus interiorum omnium reseduntur explenitudine
ecclesie in qua iudei quoque credituri sunt esse metiendum. Etiam hic quoque alterius
sensus aliquod gratamus archanum. Sicut inuenta est. Erat enim uinea